



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica Recapitulatio

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Natales Sanctorvm Belgii; Interiectis quorundam memorijs, qui etsi natalem in nulla ecclesia habeant, merito tame[n] inter beatos numerantur. Praefatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

NATALES SANCTORVM

BELGII; *Interiectis quorundam memorijs, qui etsi natalem in nulla ecclesia habeant, merito tamē inter beatos numerantur.*

PRÆFATIO.

NA T A L E S, Deo volente, conscripturus, de omnibus sanctis Belgij, qui ad meā notitiā deuenerunt, ordinē insequar Calendarij. Et quidē veteres scio aliter ac latius accepisse Belgarum vocabulū, quā à nobis acceptum sit in præsentis libri inscriptione: sed vsu iam & consuetudine receptum est, Germaniam inferiorē Belgiū nuncupare. Itali, & alij exteri, Flandriā nominant: nonnulli Bassam Alemariam. Cuius præcipuæ & maiores regiones sunt;

Brabantia,	}	Ducatus.
Geldria,		
Lutzemburgum,		
Flandria,	}	Comitatus.
Artesia,		
Hannonia,		
Hollandia,		
Zelandia,		
Namurcum,		
Frisia.		
Traiectensis ditio;		
Transmosanæ prouinciæ.		
Leodium.		
Cameracum, cum Cameracesio.		

Horum dominiorum duo postrema suis subsunt Episcopis: sub patrocinio tamen Ducis Brabatiæ, & Comitis Flandriæ: reliqua verò Philippo, Hispaniarū Regi Catholico, Caroli quinti, Imperatoris pientissimæ memoriæ, Filio. In quibus vsq; ad nostra tēpora sex tantū fuerūt ecclesiæ cathedrales, Atrebatī, Cameraci, Leodij, Tornaci, Ultraiecti, & Teruanæ; nisi Teruanā excludere velis. Et si enim in Belgico territorio sita fuerit, ipsa tamē vrbs à Carolo quinto in modicū vicū redacta, regi Franciæ paret. Ex dictis autē ecclesijs

clesijs Atrebatensis & Tornacensis, multo tempore proprio episcopo caruerunt. Neq; enim initio opus fuit multis episcopatibus, quando hæ regiones sparsim, & infrequenter admodum inhabitabantur. Obseruandum enim erat quod Gregorius II. scripsit Bonifacio, Germaniæ Apostolo: *Præcipimus, ut iuxta canonum statuta, ubi multitudo excreuerit fidelium, ex vigore Apostolica Sedis, debeas ordinare episcopos; pia tamen cõplatione, ut non vilescat dignitas episcopatus.* Sed nunc Belgicæ conditiones ubiq; refertæ sunt gentium & populorum frequentia. Vnde Paulus quartus pio desiderio Philippi Regis satisfacere volens, anno 59. & auxit, & cõmodius diuisit dioceses Galliæ Belgicæ, quæ ditionis est dicti Philippi, Hispaniarum Regis. Erexit enim in ea tres Archiepiscopatus, siue metropoles, Mechliniæ, Cameraci, Ultraiecti; & tredecim cathedrales sedes, quas trium metropolitanarum suffraganeas esse voluit. Hæ autem eo ordine, ac situ, recensentur à Paulo quarto, quo eas subiungam.

Cameracensi metropolitanæ subiecit Atreb. Torn. antiquas episcopales sedes: ex nouis verò, Audomarum, & Namurcum.

Traiectensi, ad veterem Rheni alueum, Archiepiscopali, nouas attribuit sedes episcopales, Harlemensem, Dauëtriensem, Leouardiensem, Groningensem, & Mildeburgensem.

Mechliniensem, nouam metropolitanam, sex nouis episcopatibus præesse voluit, Antuerpiensi, Gandensi, Brugensi, Iprensi, Silueducensi, Ruræmundensi.

Porro Leodiensem ecclesiam, detractis ijs quæ ditionis erant Philippi, reliquit subiectam Agrippinæ Coloniae Archiepiscopo. Huius autem celeberrimæ & antiquissimæ diocesis. primi Episcopi, usq; ad Seruatiu, resederunt Tungris & Treuiris: sequentes ad Mosæ Traiectum, usq; ad Hubertum. Qui sedem Legiam, siue Leodium, transtulit, vbi hætenus remanet.

Complectar igitur hoc ferè in libro horum nouemdecim episcopatuum, & Lutzéburgensis Ducatus, qui varijs episcopis, pro maiori tamen parte Treuiro paret, patrios Sanctos. His enim fere limitibus Belgarum populus qui nunc nominatur, continetur. Vt autem vnaquæq; diocesis suos Sanctos facilius agnoscat,

agnoscat, quos quæque habeat, breui indiculo præmittam.

Antuerpiensis diœcesis quæ in Brabantia celeberrimo emporio sedê habet, Sanctos suos agnoscit, Eligium, Cûmarû Fredegandum, Norbertum & Oelbertum. Ibi etiam Godefridus sacri belli primitias collegit.

Atrebatensis diœcesis in Artesia, habet VEDASTVM, Hadulphum, Vindicianû, & alios episcopos, qui Cameraci resederût, itê Ragnulphum, Bertiliã, Chilianû Vulganium, Leodegariû, Vigorê, Fursãû, Ioriû, fratrem Pacificû. *Duaci*, Amatû, Maurontû, Onesimum, & Gurdinellû. *Aquiscincti*, Gordaniû, & Gosuinû, *Marcensis*, Rictrudem, Ionatû Eusebiã & Gertrudê viduã. *Dononij*. Ragenfredê, Reginã, Aldebertû, & Auã. Quibus addo Remigiû Francorû Apostolum, & Ludouicum regem, Artesiã dominum.

Audomarensis diœcesis in eadê Artesia, habet Teruanæ episcopos AVDOMARVM, Erkenbodonem, Hunfridû, Folquinû, Bainû, itê alios sanctitate claros, BERTINVM, Mommolenum, Victricium, Siluinum, Fascianum, & Victoricû, Grimbaldû, Gerardû Agilonê, Ioscionem, Bernardû pœnitentê, Vualbertû, Rotrudem, Venantium, & Itisbergã. His adde Teruanenses, Lambertû, Andragisinã, Aistrebertã, Godefr. episc. nisi eos ad sequêtê diœcesim pertinere malis.

Bononiensis diœcesis, vulgo Boloniensis, in Francia regno iã pridê nata est ex ruinis Teruanæ. Vnde Belgij portionê sub se reseruat. Itaque ad eam Belgici aliquot sancti referêdi sunt, Vvllmarus, Bertulphus, Berta Quibus adieci Petrû abbatem, Godefridum regem, & Petrum de Lutzenburgo, filium comitis sancti Pauli. Fuit autem primitus vrbs Flandriæ, & sicut nunc ita antiquitus proprium habuit episcopû. Vt cõstat ex Roberto Normãno abbate montis Naualis, in supplemento Sigeberti, ex vita facti Bertulphi & aliunde.

Brugensis Flandrorû diœcesis, habet Eligiû, Donatianû, Arnulphum, Godolenam, Guthagonum, Trudonem, Rembertû Aufchariû, Ilherû, Carolû Comitê, filiû S. Kannuti, Gualterum episcopum, Geruinû, Torphimû, Achas, Georgium iustum & memoriam cruoris Christi.

CAME-

CAMERACENSIS diœcesis, metropolitana, habet sanctos episcopos GAVGERIC. AVTBERT. Vindicianum, Hadulphū, Ablebertū, Theodoricū, Iohannē, itē, Maxellendem, Sariiū, Iunianū, Liffardum, Valeriā, Pollenam, Ollā, Saturninā, Aicadrū, & Hugonē, Vualdedrudē, Aijā, Veronū, VINCENTIVM, Landricū, Dentlinū, Aldegundē, Alde-
trudem, Maldelbertā, GISLENVN, Lambertū, Berleriū, Leochadium, Sulpiciū, LANDELINVM, Domitianū, Adilenū, Aibertū, VRSMARVM, Erminū, Theodulphum, Amoluinū, Abelem, Vlgisum, Hidulphū, Amelbergam viduam, Dodonem, Burchardū, Raineldē, Grimoaldū, Gundulphum, Hiltrudē, Ettonē, Adalgisum, Humbertū, Quinibertum, Drogonē, Saluim, Superiū, Vvasnolphū, Badilonē, reliquias Marcelli papæ, Petri & Marcellini, Bruno nē episcopum Coloniensem, Fastredū abbatem, Mombolum. Quidā addunt Celsum: ego adieci obitū Iacobi Auesnēsis.

Dauentriensis diœcesis apud Transiselanos, habet LEVINVM, Lutgerum, Radbodum, Marcelmum, Plechel-
mum, reliquias Mildradæ, Gerardum magnum, & Irmgardem filiam Comitis Zutphanæ.

Gandauensis diœcesis, in Flandria, habet Apostolū Amādū: in cathedrali ecclesia, BAVONEM, LIVINVM, Britiū, Macariū, Landoaldū, Amantiū, Adrianū, Pharaidem, Vincianā, Landradā, Adeltrudē, Iulianū, Idā, reliquias Pancratij: in Blandinio, Amelbergā, Florbertū, Vvandregisilum, Vvulframnū, Ansbertū, Bertulfū, Gudualū & Vvinnalocū in Truncinio, Gerulphum, Basinum, & filiam Aldegundem: Tēremōdæ, Hilduardum, & Christianā: item Dunstanum, Adalardum, Coletam, Hildebertū, Columbanum.

Groningensis diœcesis, in Frisia habuit primos prædicatores eos quos Traiectum; præcipuè tamē Bonifaciū, Ludgerum, & Otgerum, item martyres, Vvaldfridum & Radfridum. Huc etiam refero, Vviebertum, Vvillehadum Anschariū, Rembertum, & Iosephum.

Harlemensis diœcesis, in Hollādia, habet Adalbertū, Ieronē, Engelmundū, memoriā Sacramenti Amstelredami.

Iprensis

Iprensis diœcesis, in Flandria, habet ex Teruana, Hunfridū, & Maximū, itē, Vvinocū, Levvinnā, Idā: reliquias Osualdi, Vvalburgis, & fratrum: Sidronij, Fama addit Godehardū.

Leodiensis diœcesis, habet Maternū, & aliquot alios episcopos Treuirenses, Martinū Apostolum Hasbania; episcopos *Traiectenses ad Mosam*, SERVATIVM, Candidum, Domitianū, Monulphum, Gondulphū, Perpetuū, Euergisllum Ioannē cognomēto agnū, AMANDVM, Remaclū, Theodardū, LAMBERTVM. episcopos Leodienses, HVBERTVM, Floribertū, Vvolbodonē, Albertū, itē Gregoriū decimū, Madelbertā, Rupertum, Babolenū, Berchariū. Popponem, Quirinū, Agilolphū, Simmetriū, Sigebertū, Beregisum, Theodoricū, Mononē: Carolū, Leopardū, Speum, Gitzelinū, Gregoriū abbatē: Amoiē, Hadelinū, TRVDONEM, Eucheriū, Libertū, Godegrandū, Christinā, Eucmarum, Landoaldū, Amantium, Adrianū, Vincianā & Ladradam, Harlindem, Renulā, Maurum, Bertuinum, Foillanum, Vltanum, Mengoldum, Odiliam, Odam, Pompeium, Oduinum, Gualterum, Adiliam, Iulianam, Iuettam, Simonem, exordium festi Corporis Christi.

Leouardiensem in Frisia diœcesim martyrio illustrarunt, BONIFACIVS archiepiscopus, Eobanus, & ceteri collegæ. In eadem laborarunt, Odulphus, Vvulframnus, Ludergerus: beati abbates Fredericus & Siardus.

M E C H L I N I E N S I S metropolitana diœcesis, habet RVMOLDVM, Libertum: memoriam Sacramenti Bruxellæ, Gudilam, Guidonem, Halenam, Vviuinam, Fredericum: Berlendem, Nonam, Celsam: Veronam, Ermelendem, Himelinum: reliquias Adriani, Hermetis, Cornelij, Cypriani, Cælestini: memoriā victoriæ contra Nordmannos: obitum Ioannis *quil broeck*, conuersionem fundatorum Affligenij, Radulphum, Bonifacium Lausanensem, Margaretulam Louaniensem.

In Mildelburgensi Zelandorum diœcesi, laborauerunt, Vvillibrordus, eorum Apostolus, & Fredericus. Eadem insula Ormutio Apostolum dedit Gasparem.

Namur.

Namurcensis diœcesis, habet GERTRVDEM, Begghā, Pipinū, cū coninge Iduberga. Quibus addo Arnulphū Mentensem, & Cunibertū Coloniensem, episcopos. Habet præterea GERARDVM, reliquias Eugenij, & Leodegarij, Eloquium, Nuncium, Forannanum, Vvalherum, Fredegandū, Guibertū, reliquias Exuperij, Maclouij, Marij: Ragenustam, Adiliā, Rolendem, Idam in Ramæia, Mariam Oingniacensem, Lutgardem, Arnulphum *Cornibout.*

Ruræ-mūdensis diœcesis, in Geldria, habet sanctos Vvironem, Plechelmum, Otgerum, Gerlacum, obitum Dionysij Carthusiani.

Siluiducensis diœcesis in Brabantia, habet Apostolos suos, Vvillebrordum, & Lambertum, item Dympnā, Gebernum, Odam virginem, & Odradam.

Tornacensis diœcesis, habet sanctos, ELEVTherivm, Piatum, Chrysolium, Victricium: *in Noniomo*, MEDARDVM, Achariū, Eligium, Mommolenū, Eunucium: itē Amandum, Andreā, reliquias Cyrici: Eubertū, Euerardū Arnulphum, reliquias Callisti, Nicasium.

Traiectensis, siue Vltraiectensis, metropolitana diœcesis, habuit primos prædicatores, VVILLIBORDVM, Frisonum archiepiscopum, SVVITBERTVM eius coepiscopum, Accam, Vvigbertum, Vvilibaldum, Vviniboldum, Lebuinum, Evvaldos fratres, Vverenfridum, Adalbertum, & Marcellinum: qui fidem prædicarunt Frisij, Saxonibus, Traiectinis, Groningensibus, Transiselanis, Hollandis, Geldris, & Zelandis. His accesserunt Bonifacius archiepiscopus, Eobanus Athalarius, & reliqui collegæ Vviro, Plechelmus, Otgerus, Gregorius, Ludgerus, Vvilleicus. Quibus addo ex Anglia, Vvilfridum, Egbertū, Vvilgisum: ex Francia, Vvulfranum: ex Germania, Lullum, Engelbertum, Aleidem. Habet eadem metropolis, FREDERICVM, ODVLPHVM, Radbodum, Cuneram, Soterem, Lidviggē, Gertrudem ab *Oosten*, Adulphum episcopum, Conradum, Hungerum, Bernulphum, reliquias Agnetis, Pontiani, Pancratij, Benigni, Eusebij.

Treuirensis diœcesis, quatenus Lutzenburgensem Ducatum complectitur, habet Vvillibrordum, Petrum de Lutzenburgo, Schetzelonem, Gaugericum, Hunfridum. Quibus addo sanctos Bodonem & Dagobertum.

Sed de his præfatis à sancto Adalardo sumamus exordium, qui in Calendario primus est.

NA